

corum quadam forma, cum rudimen-
tis ramorum, vnde & Στελεχίται dici
possunt: vel ὀσειίται, à similitudine os-
sium: vel Ammostei, composita ab a-
rena & osse dictione: vel Osteocolli,
à facultate qua ossa fracta intra cor-
pus sumpti, & foris emplastris additi,
mirificè ferruminant: & ab eadem Ho-
lostei: vnde & Germanicè Beinwell
& Walsstein appellant. possunt autem
etiam Sandstein & Steinbein nomi-
nari: sed nomen Sandstein Saxo are-
nario potiùs tribuitur. Buchstein ali-
qui nominant, sicut & stillatitios lapī-
des, de quibus suprà dictum est, quòd
ad ossa fracta valeant, zu den beinbrü-
chen. Nostri saxa quæ ex Latomijs e-
ruuntur, & quasi refringuntur, vel ex-
ciduntur, Buchstein appellāt. De ho-
rum lapidum natura & vsu Commen-
tarium doctissimum Thomas Erastus
rei medicæ professor Heidelbergæ, vir
in omni philosophia summus, in me-
am gratiam conscripsit: què huic no-